

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 2867

**Auteur(s) :** Foulques Painel [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Robert de Torigni, Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbé)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1158

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Notice sur l'accord au sujet de la présentation de l'église de Sartilly conclu entre l'abbé Robert et Foulques Painel.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Chronique de Robert de Torigni, abbé du Mont-Saint-Michel : suivie de divers opuscules historiques de cet auteur et de plusieurs religieux de la même abbaye*, le tout publié d'après les manuscrits originaux, Rouen, Le Brument, 1872-1873, 2 vol., t. 2, « Lettres, chartes et pièces diverses de l'administration de Robert de Torigni », n° I-41, p. 254-255.

Texte établi d'après a

Anno ab incarnatione Domini M° C° LVIII, cum Fulco Paganellus calumpniaretur presentacionem presbiteri de Sartilleio, et inter ipsum et Rotbertum abbatem Montis longa esset concertatio, tandem ad hoc res deducta est quod idem Fulcoius cum fratribus suis Thoma et Johanne venit ad Montem Sancti Michaelis, et omnes concessit elemosinas quas antecessores sui, scilicet Guillelmus filius Guimundi, avus suus, et Rotbertus de Abrincis, filius suus et avunculus istius, dederunt Sancto Michaeli et monachis ibidem Deo famulantibus, scilicet decimam de Servun, et decimam de Luoth, et decimam terre sue de Ponz, et decimam meteerie sue de Cavine, et decimam trium vavassorum de Folmuchun. Ecclesia[m] etiam de Sartilleio, quam Rannulfus Avenel, avunculus ejus, dedit Deo et Sancto Michaeli, cum omnibus ad eam pertinentibus, quando factus est monachus Montis, quia predicta ecclesia devenit in tenementum ejusdem Fulconis, integre concessit et omni modo quietam et amodo absque reclamacione aliqua, et quicquid ad eam pertinet, scilicet integram decimam, presentacionem presbiteri, dotem ecclesie, sicut ab antecessoribus suis et parrochianis eidem ecclesie concessum est. Concessit etiam in Costainvilla servitium et censum masure Picardi, quam Rannulfus Avenel dedit Deo et Sancto Michaeli. Concessit iterum ecclesiam Sancti Nicholai de Ranstun, et cimiterium, et dotem ipsius ecclesie, quam Gislebertus de Abrincis, avus uxoris ejus, dedit Deo et Sancto Michaeli et ecclesie Sancte Marie de Tumba Helene. Ista omnia supradicta Fulcoius Paganellus et fratres sui, Thomas et Johannes, per brachium sancti Auberti posuerunt super altare Sancti Michaelis, et cartam in sigillo Fulcoii propriis signis muniverunt. Testes ex parte abbatis et monachorum : Johannes filius Bigot, Ricardus de Leisiac, Ruallendus prepositus de Genetio ; ex parte Fulcoii : Guillelmus de Verdun, Henricus Muldac, Rotbertus de Caroles, clericus ipsius.